



Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

141 Idem, quod supra nu. 111. Privilegium ad non expressa extendi non potest.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

138 Sed, † dicta Clement. VIII. constitutionis ordinem prosequamur, ministri, & officiales dictarum congregationum, & confraternitatum eleemosynas, & alia oblata Christianæ charitatis subsidia juxta modum, & formam per Ordinarium loci prescribendam, remotis tamen mensis, pelvibus, & capsis, quæ in ecclesiis, & oratoriis dictarum confraternitatum, & congregationum publicè ad hoc exponi consueverunt, juxta modum à Vicario Urbis, & ab Ordinariis locorum respecti-
ve prescribendum, quem observare tenen-
tur, excipiendi habent facultatem, ut in
eodem §. in super ver. quibus etiam mini-
stris, & §. atque hoc.

139 Quod vero † eleemosynarum collectio facienda sit consulto Episcopo, & ab eo licentia impetranda, statuit fact. concil. Tridentin, ut in cap. 9. de reform. sess. 21. Neque eleemosynas, & oblationes ecclesiis altaribus, & crucibus factas, laicis licet usurpare, sed debentur sacerdotibus, qui pro omnibus orare debent, cap. quia sa-
cerdotes, & cap. Sanctorum cum seq. 10. quest. I.

140 Privilegiorum vigore, † qui aggregandi facultate sunt muniti, possunt quidem societates erigere, & aggregare, sed cum tota diœcesis sit territorium Episcopi, ex alibi allegatis, in alieno territorio circa E-
piscopi consensum, nec quidquam statue-
re, aut decernere, neque altaria erigere
possunt, nec aliquam aliam jurisdictionem
exercere, arg. text. in cap. pervenit, &
cap. interdicimus, 16. quest. 1. & quid-
quid, præter erectionem, aut aggregationem statuunt, vel decernunt, excedit eorum auctoritatem, & jurisdictionem,
nisi Episcopi consensus accedat, ac pro

pterea nullius reboris est, vel in memori Bart in l. non dubium, numer. 20. & 21. C. de leg. b. l. fin ff de jurisdict. om. jud. & Na-
var. in conf. 25. numer. 2. de sentent. excom-
mun. lib. 5. par. 2. alias conf. 1. num. 2. de for-
comp. par. 1.

141 Nam † dicta privilegia sunt contra ius commune, & ad non expressa extendi minime possunt, sed strictè sunt interpre-
tanda, si quando, & ibi Bart. num. 1. C. de inoff. testam. & Cephal. in conf. 96. num. 4.
par. 1.

142 Quemadmodum regulares † in ere-
ctione, seu aggregatione confraternita-
tum non possunt ex se statuere modum, ac
formam eleemosynas colligendi, easque
custodiendi, & distribuendi, sed id praestare
debent ex ordinarii loci prescripto, ad
quem, usus supra dictum fuit, hæc faculta-
spectat, eodem modo dicti regulares non
possunt circa processiones faciendas, quia id munus Episcopo loci incumbit, ut puta
publicas supplicationes per civitates, oppi-
da, & loca indicere, decernere, & ordina-
re, ad quas omnes, † etiam exempti, tam
clericis seculares, quam regulares, quicun-
que etiam monachi tenentur accedere, il-
lisque interesse, qui si recusaverint, per
censuras, & poenas arbitrarias à dictis
locorum Ordinariis compelli possunt.

143 re, ad quas omnes, † etiam exempti, tam
clericis seculares, quam regulares, quicun-
que etiam monachi tenentur accedere, il-
lisque interesse, qui si recusaverint, per
censuras, & poenas arbitrarias à dictis
locorum Ordinariis compelli possunt.
144 Iis tantum † exceptis, qui in strictiori
clausura perpetuò vivunt,
145 † Ad ipsum etiam loci Ordinarium,
spectat cum capituli consensu decernere,
atque edicere, quo, & qua processiones di-
rigi, quasve ad ecclesiis nominatum produ-
ci debeat, eadem sacra congregatio con-
cil. Tridentin. in decis. incip. Ad Episcopum
in ver. in processionibus publicis dict. cap. 13.
sess. 25. de reg. Laicis enim est etiam inter-
dictum